Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

legerit & catonis sectetur exemplũ nulla apud eos cũ unx
ppria est sed ut cuiq: libitũ fuerit pecudũ more lasciuiunt.
Persę medi indi & ethiopes regna non modica & romano
imperio paria cũ matribus & auis cũ filiabus & nepotibus
copulantur. Massagetę & derbices miserrimos putant q
abegrotatione moriantur & parentes cognatos ppinquos
cum adsenectã uenerint iugulatos deuorant rectius esse
dicentes ut a se potius quã a uermibus consumantur. Tiberenu
quos dilexerint senes suspendunt in patibulo. Hircani uo
lucribus & canibus semiuiuos picuunt. Caspii hisdem bestiis
mortuos. Schythe eos qui adefunctis amati sunt uiuos in
fodiunt cum ossibus mortuorũ. Bactri canibus ad hoc ipsũ nu
tritis obtruunt senes. Qd cũ alexandri pfectus stanasor
emendare uoluisset pene amisit puuitia. Coge egyptiũ
ut ouiũ lacte uescatur. Impelle si uales pelusiotem ut man
ducet cepam. Singulę pene in egypto ciuitates singulas bes
tias & monstra uenerantur & qd cumq: coluerint hoc inuio
labile & sacrũ putant. Vnde & urbes quoq: apud eos ex
animaliũ uocabulis nuncupantur leonto cyno lico busiris
thinuis qd interpratur hyrcus. Et ut scirem quales deos
semp egyptius recepisset nup abadriani amasio urbs eorũ
antinous appellata e. Per uides igitur qd n solũ in esu sed
& in sepulturis & in conuiuiis & in omni cũuersatione un
quecq: gens suo ritu & pprietatibus uiuitur. & hoc ea natu
rę legem putare qd didicit. Verum face esum carnium
cunctis nationibus esse cõmune. & passim licere qd passim
gignitur. Quid ad nos quorũ conuersatio incelise st.
Qui sup pytagorã & enpedoclen & omis sapientię sectato
res non ei debemus cui nascimur sed cui renascimur.